BIBLIA LATINA
1. Viertel 12. Jh. Seite 208r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36484
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



suo agrū. Quę cū suspirasset sedens asino. dixit ei caleph. Quid
habes. at illa respondit. Da mihi benedictionē. Quia terrā aren
tē dedisti mihi. da & irriguā aquis. Dedit ergo ei caleph irriguā su
perius. & irriguā inferius. Filii aūt cinei cognati moysi. as
cenderūt de ciuitate palmarū cū filiis iuda in desertū sortis eius.
quod est ad meridiē arad. & habitauerūt cū eo. Abiit aūt iudas
cū symeone fratre suo. & percusserūt simul chananeū qui habita
bat in sephat. & interfecerūt eū. Uocatūq; est nomen urbis horma.
id est anathema. Cepitq; iudas gaham cū finib; suis. & ascalo
nē cū terminis suis. atq; accaron. Fuitq; dominus cū iuda. & monta
na possedit. nec poterat delere habitatores uallis. quia falcatis
currib; abundabant. Dederūtq; caleph ebron. sicut dixerat mo
yses. Qui deleuit ex ea tres filios enach. iebuseū aūt habitato
rē terrę hierlm. non deleuerūt filii beniamin. Habitauitq; iebuseus
cū filiis beniamin in hierlm usq; in presentē diē. Domus quoq; io
seph ascendit in bethel. fuitq; dominus cū eis. Nā cū obsiderent
urbē quę prius luza uocabatur. uiderūt hominē egredientem
de ciuitate. dixerūtq; ad eū. Ostende nobis introitū ciuitatis.
& faciemus tecū misericordiam. Qui cū ostendisset eis. percusserūt urbem
in ore gladii. Hominē aūt illū & omnem cognationē eius dimiserūt.
Qui dimissus abiit in terrā ethim. & edificauit ibi ciuitatē. uo
cauitq; eā luham. quę ita appellatur. usq; in presentē diē. Ma
nasses quoq; non deleuit bethsan & chanach cū uiculis suis. habi
tatores dori & ieblaam. & maiedo cū uiculis suis. Cepitq;
chananeus habitare cū eis. Postquā aūt confortatus est israel. fe
cit eos tributarios. & delere noluit. Effraim etiā non interfecit
chananeū qui habitabat in gaher. sed habitabat cū eo. Zabu
lon non deleuit habitatores cetron & naalon. sed habitauit
chananeus in medio eius. factusq; est ei tributarius. Aser quoq; non de
leuit habitatores acho & sidonis. alab. & agazib. & alba.
& afec. & roob. habitauitq; in medio chananei habitatores terrę illius.